



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica  
Recapitvatio**

**Molanus, Johannes**

**Dvaci, 1616**

Die decima-tertia Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

militia, Græcorum Augustum Imperatorem pronunciauit Balduinum, Flandriæ & Hannoniæ Comitem, primarium Belgarum ducem: Qui Græcos ad obedientiam Sedis Apostolicæ reuerti fecit. Cui Veneti Thomam Maurocenum patriarcham subiecerunt. Sic Orientis imperium mansit penes Belgas annis fere sexaginta, quod deinde post Paleologos occuparunt Mahometani Turcæ. Contra quos utinam tandem Catholici Principes, maiorum suorum exemplo, in vinculo pacis manus suas coniungerent, sanctamque colligationem inirent.

*Vide Cano-  
nem &c. Cō-  
cilij Late-  
ranensis.*

### Die decima-tertia Aprilis.

*Obitus beatæ Idæ viduæ.*

*Ex Iperio, chronographo Bertinensi.*

**I**N Flandria, monasterio *Vuast*, obitus beatæ Idæ, matris Godefridi & Balduini, regum terræ sanctæ, virtutibus & miraculis claræ. Quæ ad dictum locum à beato Hugone Cluniacensi abbatæ petijs quosdam mitti. Quem locum etiam, ante altare sepulta, prodentibus miraculis, protegit & monit. Corpus autem post multa tempora repertum est illæsum.

### Decima-quarta Aprilis.

**I<sup>o</sup>. De' S. Lamberto, episcopo Lugdunensi.**

*Ex vita beati Vuandregisili, ex ex Angrado.*

**L**Vgduni, depositio sancti LAMBERTI, episcopi & confessoris. Qui sub S. Vuandregisilo Fontanellæ fundatore monachus claruit.

Quo pertinet quod beatus fundator ante mortem dixit: *Duo sunt in praesentia vestra charissimi, qui vi- cissim post meæ fragilitatis discessum, in regiminis succe- dent locum.* Subdit enim historiæ scriptor: *Erat namque unus, Lambertus, vir eximia religionis, et*

*In historiæ  
22. Isagi.*

*generis,*